Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

capiet eius formam. illam quę data ei fuerat p natura. Et nemo desperet uidens si
militudinem suam magis esse cum diabolo quam cum deo. posse iterum se recuperare
formam imaginis di.' qa non uenit saluator uocare iustos. sed peccatores
in penitentiam. Matheus publicanus erat.' et uniq; imago ei diabolo si
milis erat.' sed ueniens ad imaginem di dnm et saluatorem nrm et sequens
eum. transformatus est ad similitudinem imaginis di. Iacobus Zebedei filius
et iohis frater eius piscatores erant. et homines sine litteris.' qui uniq; tunc
magis ad imaginem diaboli similitudinem referebant.' Sed sequentes et isti
imaginem di. similes facti sunt ei. sic et ceteri apli. Paulus ipse imaginis
di persecutor erat.' ut autem potuit decorem ei et pulchritudinem contueri. ui
sa ea. intentum ad eius similitudinem reformatus est. ut diceret. Aut documen
tum quaeritis eius qui in me loquitur xpe.' Masculum et feminam fecit eos.' et
benedixit eos ds dicens. Crescite et multiplicamini et replete terram.' et
dominamini in ea. Dignum uidetur hoc in loco requirere sedm litteram. quo
modo nondum facta mulier dicit scriptura.' masculum et feminam fecit eos.
fortassis ut ego arbitror. ppter benedictionem qua benedixit eos dicens dns
Crescite et multiplicamini. et replete terram. Preuenens qd futurum erat.
dicit. masculum et feminam fecit eos.' quo qdem crescere atque multiplicari non
poterat homo.' nisi femina. Vt g benedictio ei sine dubio futura esset redderetur
ait. masculum et feminam fecit eos. Hoc nam; nisi homo uidens crescendi multipli
candi esse feminam ex eo esse qd ei femina iungebatur. certiorem spem gerere potuit in benedictione
diuina. Sicut dicit; septem crescite et multiplicamini et replete terram. et dominamini ea. non adiciens
hoc qa masculum et feminam fecit eos. uniq; benedictioni diuinę incredulus
extitisset.' sic et maria ad eam benedictionem qua benedicebatur ab angelo ait.
Quomodo fiet hoc. quo uirum non cognosco.' aut fortasse qa omnia quę a deo
facta sunt connexa et compagnata dicuntur. ut celum et terra et sol et luna.' Ita g
ut ostenderetur quo et homo di opus est. et non sine armonia uel concentu
et iunctione platus est. Ideirco pu[illegible] enuens ait. Masculum et feminam fecit
eos. Hęc quidem ad eam questionem dicta sint quę sedm litteram potest pferri.
uideamus autem etiam quomodo p allegoriam ad imaginem di homo factus
masculus et femina est. Interior homo nr ex spu et anima constat. mas
culus spe dr.' femina potest anima nuncupari. Hęc si concordiam inter se
habeant et consensum.' conuenientia inter se ipsa crescunt et multiplicantur

154